

τοῖς σατυρικὰ κ'. ἀμφίβολα ε' ¹. Die Stelle interpretirt man in der Regel 'er verfasste 70 Tragödien und ausser diesen 20 Satyrdramen, worunter 5 zweifelhaften Ursprungs sind', so dass man auch theilweise ὦν vor ἀμφίβολα ergänzt hat. Sie lässt aber auch die Deutung zu: 70 Tragödien, 20 Satyrdramen; 5 Stücke, welche ausserdem noch unter dem Namen des Aischylos gehen, sind zweifelhaften Ursprungs; das macht zusammen 95. Diese zweifelhaften Stücke standen aber auch mit im Katalog wie sich mit Sicherheit behaupten lässt. Einerseits werden die Αἰτναῖοι νόθοι, unter denen man offenbar das unechte Stück Αἰτναῖοι im Gegensatz zu den Αἰ. γνήσιοι zu verstehen hat, mit aufgeführt, andererseits enthalten auch andere Kataloge gleichen Charakters unechte Stücke, z. B. die beiden Kataloge des Aristophanes (s. Hermes 14, 161 ff. u. Zuretti Anal. Arist. 104) die allgemein als unecht bezeichneten Δράματα ἢ Νιόβη (Νίοβος?), Διόνυσος ναυαγός, Νῆσοι, Ποίησις. Aber auch die Angabe des Suidas, Aischylos habe 90 Dramen verfasst, steht mit unserm Katalog nicht im Widerspruch, denn dort sind offenbar nur die echten Stücke gemeint.

München.

Wilhelm Bannier.

De Thucydidis I. VII c. 75.

Athenienses navibus ad Syracusas amissis cum ex castris proficiscerentur, quanto dolore cum mortuos insepultos tum aegros sauciosque reliquerint, Thucydides flebili modo VII 75 enarrat: πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι (qui aegri sauciive relinquebantur) ἐς ἀπορίαν καθίστασαν, ἄγειν τε σφᾶς ἀξιοῦντες καὶ ἕνα ἕκαστον ἐπιβουόμενοι, εἴ τινα πού τις ἴδοι ἢ ἐταίρων ἢ οἰκείων, τῶν τε Ξυσκήνων ἢ δὴ ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι καὶ ἐπακολουθοῦντες ἐς ὅσον δύναιντο, εἴ τῃ δὲ προλίποι ἢ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ὑπολειπόμενοι κτλ. Hoc loco cum vox ὀλίγων aperte cum sententia pugnet, quot modis saeculum coniecturale sententiam restituere sibi visum sit, taedet Hudii commentario critico surripere. praesto enim est, quamvis illic frustra quaesiveris, emendatio certissima I. M. Stahlii. qui primus perspexit una syllaba geminata genuinam scriptoris dictionem emergere: οὐκ ἄνευ ὀλολυγῶν [ἐπιθειασμῶν] καὶ οἰμωγῆς. notum est verba ὀλολυγῆν ὀλολύζειν ὀλολυγμὸν proprie dis invocandis et obtestandis adhiberi. quare scholiasta Iliadis Z 301 ὀλολυγῆ explicat φωνῆ αὐτῆ γυναικῶν εὐχομένων θεοῖς similiterque Hesychius et Etym. m. 622, 28: qui quod mulieribus vocem adscribunt, loco Homericō inducti, non minus errant quam scholiasta Aeschyli Septem c. Th. 268, qui ad unam Minervam refert. rectius schol. Eur. Med. 1173

¹ Die Verderbniss wird dadurch im Laurentianus entstanden sein, dass κ' hinter der Endsilbe -κα ausgefallen ist.

ἀνωλόλυξε δὲ ἀντὶ τοῦ ἤυξατο, μετ' εὐχῆς ἐβόησε cf. adn. v. 1176. longe optime vetus Thucydidis interpres, cuius nunc memoria suscitatur, ἐπιθειασμούς dixit. ceterum vocem magis poetis propriam a Thucydide non alienam esse discas ex II 4 τῶν γυναικῶν καὶ τῶν οἰκετῶν ἅμα ἀπὸ τῶν οἰκιῶν κραυγῆ τε καὶ ὀλολυγῆ χρωμένων.

H. U.

Ad Ciceronis pro Ligario 2, 5.

‘Cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset propter incredibilem quandam fratrum amorem, *hic* aequo animo esse potuit belli discidio distractus a fratribus?’

‘Hic’ a Cicerone profectum esse non negarem, si ad antecedentia verba ‘propter incredibilem quandam fratrum amorem’ simul audiri possit ‘in eum’ sc. Ligarium. Nunc vero cum hoc nullo modo fieri queat — manifestum enim est mutuum amorem esse intellegendum —, ego ‘hic’ corruptum esse censeo. Quod autem nonnulli editores ‘hic’ pro adverbio accipientes idem valere volunt atque nostrum ‘bei dieser Lage der Verhältnisse’, hoc multis verbis refutare non opus est, quandoquidem ipsi editores de veritate huius interpretationis dubitasse videntur. Ad dunt enim Richterum ‘tunc’, Heinium ‘illic’ scribendum proposuisse. Ego scribo ‘sic’ (aequo animo), quod idem est atque Graecum αἴτως, cuius usus qui plura exempla requirat, affatim inveniet apud C. F. W. Muellerum ad Cic. p. III vol. I adn. crit. p. LXXV. Ego satis habeo duos locos adferre, unum Ciceronis (pro Rosc. Am. 26, 71) ‘non sic nudos in flumen deicere’, alterum Horati (C. II 11, 14) ‘sic temere’.

Berolini.

Ferd. Becher.

Lectiones astronomicae.

Dum Arati interpretum historiam criticam persecutus, quam alio loco explanabo, Germanici codicem Basileensem Berolini examino, data occasione commentaria astronomica a Maassio nuper edita denuo conferre constitui. nec poenituit me consilii, quoniam apparatus criticum, quod ad hunc codicem omnium facile principem et ab ipso editore descriptum attinet, erroribus gravissimis scatere intellexi. quos, quam brevissime fieri potest, corrigam, numeris usus Maassianis; non commemoravi, quae ille ex operis ratione neglexit.

Pag. 104, 5 adornantur (-ur per *compendium*) || 105, 6 australis || 107, 2 sqq. *codicis imago proponenda est:*

in quo urceus coruus antecanis aquila delfinus
 orion tela deltoton andromeda /ro trigin
 laepus caetus canis. unde fieri omnia signa nume
 ta unum et quae sequuntur. ||

107, 11 tuarum uirgiliae in taurum uergiliae corr. || 109, 1 stillae ||
 109, 2 sole fort. ex solē corr. || 111, 16 negotiationem || 111, 21